

H_z. Sigismund von Österreich an den Dogen Pasquale Malipiero von Venedig²⁾, den Herzog ⟨Francesco Sforza⟩ von Mailand und verschiedene andere Fürsten. Er übersendet ihnen Dokumente zu dem Prozess, den der Papst wegen NvK gegen ihn, den Herzog, eröffnet habe, und bittet um ihre Unterstützung. Auf einer beigegeführten Cedula erläutert er ausgiebig den Hergang des Streits. So sei die militärische Intervention von Bruneck von NvK provoziert worden.

Kopie (gleichzeitig): BERNKASTEL-KUES, StB, Cod. Cus. 221 p. 257-263 (= K³).

Erw.: Jäger, Streit II 117-119; Stolz, Land und Landesfürst 233, 235; Hallauer, Bruneck 392 (ND 2002, 169); Becker, Streit der Juristen 93; Woelki, Cusanus und der Bergbau 94.

Illustris et excelse etc. Magnificencie vestre transmittimus seriem et statum cause, quam s. d. n. propter dominum cardinalem sancti Petri ad vincula, episcopum Prixinensem sive illo instigante sive alias pro motu suo contra nos instaurat vel comminatur. Vestrum sit in re illa iudicium, ex qua nostram innocenciam simul et factiosam in nos machinationem intelligetis. ⟨Rogamus⟩ eandem magnificenciam vestram, quatenus innocencie nostre favere et iusticie atque innocencie nostre favorabiliter annitere 5 velitis, prout nos vicissim in singulis iuribus vestris nos facturos esse vobis pollicemur hoc in rem vestram atque nostram sane tendit nosque vobis supra id, quod ex vestris in nos bene meritis vobis et vestre reipublice more maiorum nostrorum plurimum afficimur, reddet efficacius, obligatos. Datum.

Illustris etc. Quia s. d. papa Pius severitatis sue censuram nobis ac subditis palam inferre minatur nosque notare non cessat tamquam in violentum invasorem persone cardinalis sancti Petri ad vincula, 10 episcopi Brixinensis, nos, ad quos spectat fame nostre gloriam precipue conservare omnemque suspicionem, que de nobis sumi posset vel haberi, penitus expurgare et iniecti facinoris indignam accusationem certissimi rerum iudicii confutare, tocius rei seriem omnium ambage remota magnificencie vestre decrevimus insinuare.

Et in primo comitatus ille Tyrolis, qui quondam ducatus Meroanie⁴⁾ vocatus erat, dudum antequam ad 15 inclitam domum Austrie perveniret, inter varias ecclesiarum advocacias habuit advocaciam ecclesie Brixinensis ac omnium attinenciarum eius, que in illis finibus situantur, ratione cuius advocatie iuris inter comitatum et ecclesiam ipsam vocacia quedam atque indissolubilis obligatio surgit, hinc scilicet prote-

13 certissimi – iudicii: *korrr. aus* certissimis rerum iudiciis K.

15 Tyrolis: *a.R.* Tyrolis K. 18 protegenti: *a.R. von NvK*: O quam bene protexit ille qui me invasor fuit K.

1) Der Text entspricht inhaltlich weitgehend dem deutschsprachigen Schreiben an des Salzburger Erzbischof Sigismund von Volkersdorf vom 5. September 1460 (s.o. Nr. 6338), das gleichlautend auch an andere Fürsten gesandt wurde (s. Nr. 6339, 6348, 6358). Daher ist zu vermuten, dass es in der herzoglichen Kanzlei gleichzeitig in lateinischer Sprache als Rundschreiben an die nichtdeutschen Fürsten konzipiert wurde.

2) Eine herzogliche Gesandtschaft nach Venedig ist vermerkt im Raitbuch des Oswald von Wolkenstein, Hauptmanns zu Rodeneck; NÜRNBERG, GNM, Wolkenstein-Archiv, Fasc. 577: Item mer hab ich verzert, als ich von Rodnegk gen Trient pin geriten und von Sannd Michel (das Augustinerchorberrenstift St. Michael an der Etsch) gen Inspruckh auff der rais gen Venedig mit iii pharden: xv lb., ii gr. Nach der Stellung im Raitbuch ist der Eintrag zwischen Anfang Oktober und Ende Dezember 1460 einzuordnen.

3) Über dem Text von gleicher Hand (Peter von Erkelenz): Illustri et excelso viro domino Pasquali etc. Vene-
ciarum duci etc. Similiter ad ducem Mediolani. Et iuxta ritum et stilum Ytalicum conveniencius est scribere litteras patentes. Tamen non est cura, si servemus morem Theotonicum, et littera aperta licet sigillata claudatur sub missiva epistulari. Et tunc epistula clausa erit brevius, ut nil contineat nisi talia. Über dem Text von anderer aber gleichzeitiger Hand: D. Sigismundus ita pluribus principibus.

4) Die Herzöge von Meranien besaßen im 13. Jahrhundert die Brixner Hochstiftsvogtei; s.o. Nr. 5373 Anm. 2. Sie waren damit die Vorgänger der Grafen von Tirol in dieser Funktion (vgl. Nr. 5428 Z. 21-23, 5470 Z. 90-92, jeweils mit den Anm.). Die Aussage, die Grafschaft Tirol sei ehemals als Herzogtum Meranien bezeichnet worden, ist ein Irrtum, der wohl auf die falsche Identifikation von Meranien mit der Stadt Meran zurückgeht. S. dazu oben Nr. 5373 Anm. 8.

gendi, tutandi et defendendi personas et res quaslibet in illis terris sitas.⁵⁾ Illic vero secundandi et obtem-
20 perandi quo ad personas et res seculares ecclesie in hiis, que spectant ad universale dominium illius
principatus regendi conservandum, ita ut fortie et castra terre et loca ecclesie cum omnibus habitatoribus
eorum in principem comitatus illius velut unicum principem ac dominum univalem intenti fuerunt
absque diminutione fructuum, reddituum, iurium et obventionum ad ecclesiam illam et personas eius
tam in capite quam in membris de iure vel consuetudine pertinencium sicut et ceteri subditi, res et
25 persone quorumcumque prelatorum, comitum, baronum, nobilium aut militarium personarum ad ipsum
principatum Tyrolis spectantium absque ulla differentia superioritatis et subiectorum eorundem. Insuper
et patrie leges, consuetudines, privilegia, libertates et iura quecumque ipsi principi aut principatui
concessa vel in illo introducta communia sunt omnibus incolis tam ipsi principi immediate subiectis
quam etiam subditis prelatorum, comitum, baronum et aliorum prefatorum. Quisquis vero hostis
30 principis aut patrie censetur aut relegatur vel proscribitur vel bannitur, is etiam extra omnia loca prelato-
rum a quorumlibet subditorum huiusmodi proscriptus habetur, nisi quod quedam sunt loca, ad que
nocentes confugiunt, sicut in omnibus fere dominiis afflictis aut miseris panduntur azila.

Hiis legibus, hoc iure et illis condicionibus principatus ille Tyrolis ad maiores nostros pervenit, quibus
inviolatis a nostris maioribus fatus et amplificatus vota suscepit incrementa. Neque enim aliter
35 incolarum concordia servari posset, nisi unitate principis, in quo totius populi nostri per Alpes, iuga
moncium et varias valles undique dispersi, rituum quoque diversitate et lingwarum varietate discrepantis
mistica unio confovetur. Hec itaque iura nedum nostra et inclite stirpis nostre, sed ipsiusmet principatus
iura sunt, quibus ipsa compages membrorum in omni statu personarum consona subalternacionem
stabilitur, cum nec et nobis remittere, relaxare aut quomodolibet immutare liceat absque procerum
40 assensu, quorum ac omnium incolarum concordie voluntate concreta et vetustissime observacionis
firmitate subnixa est. Que omnia cardinalis ipse in exordio introitus sui ad ecclesiam Brixinensem nobis
recognovit, pollicens nobis sese erga nos velle gerere, sicuti erga universalem totius patrie principem et
quemadmodum predecessores sui erga genitorem nostrum et avos ac proavos nostros hactenus fecissent,
ut litterarum suarum verbis utamur.⁶⁾ Et hec omnia auctoritante rev^{mo} patre domino Frederico archiepi-
45 scopo Salczpurgensi⁷⁾ eiusdem ecclesie metropolitano et rev^{mo} patre episcopo Chymensi⁸⁾ ipsius cardina-
lis consuffraganeo, ne quisquam putet metu possessionis denegande aut episcopatus ambiendi causa
cardinalis ipsum ultra debitum suum quicquam erogasse. Advocaciam etiam sui et capituli Brixinensis
ipse et capitulum in omnibus rebus et bonis aliis litteris suis nobis recognarunt nosque vicissimi pro-
teccionis nostre tutelam ipsius respondimus duabus terris exceptis, que in ducatu Karentane et extra
50 terminos nostre dicionis procul absunt.⁹⁾ Que exceptuacio in reliquis terris regulam utique firmat. Super
futuris quoque differentiis ita provisum est, quod si que tales emergerent, recepti sunt arbitri, qui illas
diffinirent etc. Si tales forent, de quibus compromitti non posset, extunc per ipsos arbitros ad tribunal
suum remitterentur.

Ex hiis sane cognoscit magnificencia vestra, quantum studium nobis fuerit ab omnium simultate cum
55 ipso cardinali sussitanda cavere. Sed audacia et simulatio sua vicerunt studia nostra. Nam cum ipse per
diocesim suam secularis quoque potestatis summum principatum ambiret, in primis contra nos convinxit,
qualiter persone sue insidias tenderemus, et ob id in quandam forciam ecclesie sue secessit.¹⁰⁾ Paulo post
papa Calistus penalia edicta contra nos emisit ipseque cardinalis, asserens se metu potentie nostre latitare,
ecclesiastica sacramenta ministrare prohibuit.¹¹⁾ Nos vero securitatem plenam sibi prestitimus, ita ut

35 incolarum: *a.R. korr.* 55 sussitanda: *a.R. eingefügt K.*

42 recognovit: *am Rand* falsum est hoc modo *K.*

⁵⁾ *Zur Geschichte der Brixner Hochstiftsvogtei s. umfassend die Denkschrift des NvK Nr. 5470.*

⁶⁾ *S.o. Nr. 1105 (1451 März 15).*

⁷⁾ *Friedrich IV. Truchsess von Emmerberg, Ehb. von Salzburg (1441-1452).*

⁸⁾ *Silvester Pfieger, B. von Chiemsee (1438-1453).*

⁹⁾ *S.o. Nr. 3788f. (1454 Januar 13). Von der Vereinbarung ausgenommen waren die Brixner Exklaven Veldes und Lieserhofen in Kärnten und Krain.*

¹⁰⁾ *NvK zog sich vom Juli 1457 bis zum September 1458 auf die Burg Buchenstein zurück; s. AC II 6, passim.*

¹¹⁾ *S.o. Nr. 5397 (1457 November 12) und Nr. 5517 (1458 Februar 22).*

nemo quicquam tale contra nos suspicari posset.¹²⁾ Quippe nil utilitatis ad nos ex eius captura pervenire 60
potuisset. Insuper ab edictis et comminationibus illis appellavimus¹³⁾, omnisque populus utriusque status
ecclesiastici et secularis innocentiam nostram luce clarius cernens, nobis adhesit.

Aliud preterea facinus vir ille factiosus molitus est monasterium quoddam in arce montis situm
ambiens honestam visitationis et reformationis spem adiecit.¹⁴⁾ Nobis vero suspicionibus, ne loci oportu-
nitate illectus aliud ostentaret palam, aliud clam geret. Et idcirco hortantibus, ne advocaciam nostram 65
attingeret, respondit se nil iuris secularis inibi vendicare, sed animarum salutem velle procurare. Sed
utramque rem gesserit, deus requirat. Ad hoc tandem devenit, quod monialibus ipsorum prohibuit a
colonis et censitis annua iura persolvi.¹⁵⁾ Cui precepto coloni, qui in confiniis castrorum ecclesie Brix-
nensis habitabant, obedire pretendentes, census prestare negabant, donec abbatisa cum sororibus
conventualibus fame compulse colonis denunciarunt, quatenus in certum diem census exoluerent, 70
alioquin pignoribus captis iuxta morem patrie urgerentur. Quibus adhuc cessantibus, officiales abbatisse
et conventus cum experitoribus et exactatoribus profecti ad censum exigendum, licet antea denunciassent
nemini vim ullam inferre, sed censum patrio ritu exigere velle. (*Es folgt der Bericht über die Schlacht im*
Enneberg Nr. 595 B). Deinde moniales exegat aliis subvectis, que res quorsum urgat, rei qualitas pocius
ostendit, quam nostris possit declarare iudicium. Hoc certe scimus, quod expulse sunt, deformate sunt 75
plus quam reformate. De subiectis nil male sentimus neque de hac agimus, sed nostrum erat officium
superintendere, ne sub huiusce reformationis velamento arx illa loci natura iniuncta simul et ipsa loci et
rerum advocacia nostre dicioni subtraheret.

Cetera omnia suo more discurrere permisimus, unde cardinalis ipse nostra paciencia fretens, quin
pocius abusus, mineras salis et argenti insuper et vectigalia et quascumque regalias per diocesim Brixinen- 80
sem sibi vendicavit pretextu vetustissimarum litterarum¹⁶⁾, quas vel diuturnam et plus quam centenarium
silencium oblitteravit aut fortasse remissio vel contraria pactio exinanivit, quod nos utique non tenemur
ostendere, quia non sine causa prosequentibus sua iura fines prescripti sunt et actionum formule suis
metis legitime centenaria non taciturnitas tamquam constituti vires habens nullo prorsus egeat titulo
vel causa. Aliter enim vaga et incerta rerum do(r)mina¹⁷⁾ forent, nisi certis limitibus temporum esset 85
eorum prosecutio determinata.

Preterea cardinalis ipse Romano pontifici nos detulit, qualiter castra et terras plurimas teneamus
ecclesie sue feudales et a nobis minime recognitas. Nos ipsius cardinalis delaciones amplius perferre non
volentes, Mantuam profecti sumus et in conspectu s. d. n. pape singulis impetitionibus suis respondi- 90
mus¹⁸⁾, postulantes, quatinus iuxta pacta, conventa et interventu metropolitani sui inter nos utrimque
firmata simul et centenarii temporis usu continuo inter comites Tirolis ante ingressum stirpis in terram
illam, sed et post felicem avorum nostrorum introitum ac inter episcopos Brixinenses pro tempore
roborata, nos quoque sineret nostris uti iuribus et gaudere. De feudis autem, cum parum intersit plura vel
pauciora recognosci, obtulimus nos illa recognoscituros, que quondam genitor noster a predecessoribus
suis recognovit¹⁹⁾ cum adiectione clausule generalis, scilicet ‚ac omnia alia feuda ab ipsa Brixinensi 95
ecclesia dependencia‘. Et hoc amplius, si post hac constiterit plura feuda ab ecclesia illa dependere, illa
ipsa eciam nominatim in feudis recipere et recognoscere vellemus atque eciam super omnibus differentiis

64 reformationis: *em.* reformationem *K.* 76 reformat: *em.* reformata *K.* 79 more: *ü.d.Z. korr. statt marte*
K. 84 legitimize: *ü.d.Z. korr. statt lemitate K.*

63 Aliud: *am Rand* Aliud mendacium Gregorii de facto Verene in d. cardinalem *K.* 68 persolvi: *a.R.* hic
incipit de interfectis *K.* 93 De feudis: *a.R.* de feudis *K.*

¹²⁾ *S.o.* Nr. 5490 (1458 Februar 6).

¹³⁾ *S.o.* Nr. 5489 (1458 Februar 6).

¹⁴⁾ *Die Reform des Klosters Sonnenburg*; s. Nr. 4248 (1455 März 4).

¹⁵⁾ *S.o.* Nr. 4647 (1456 Januar 10).

¹⁶⁾ *Vgl. oben* Nr. 5373, 5383.

¹⁷⁾ *Vgl. du Cange, Glossarium III* 183.

¹⁸⁾ *Zu den Verhandlungen in Mantua Ende November 1459 s.o.* Nr. 6044f., 6050, 6052-6055, 6057, 6059.

¹⁹⁾ *Gemeint ist der Lebensrevers Hz. Friedrichs IV. von Österreich für B. Georg von Stubai von 1438 Dezember 17 mit*
Aufzählung der Leben; s.o. Nr. 4706 *Ann.* 15.

coram receptis iuxta formam initi compromissi secum experiri. Nos enim propter s. d. n. et sancte sedis apostolice reverenciam nolebamus eum expresse culpae, quod pacta violasset, quod federa rupisset, nos deferendo aliter quam inter nos conductum fuerat vel conventum. Quamquam ex illis inibi peroratis, ad ipsum plane intelligi potuisset, neque etiam questi sumus, quod nos insidiarum difamasset, scilicet quia nullam postulamus emendam eo quod totus ille tractatus amicabiliter erat institutus. Sed nostram dumtaxat expurgavimus innocentiam hoc modo, quia constat ipsum cardinalem tempore, quo metum ipse sibi finxit vel instruxit, in illis locis palam predicasse aut alias officium pontificale gessisse, ubi nemo nobis invitis auderet apparere.²⁰⁾ Mansit enim publice in monasterio Wiltten loco ducalis residence nostre in Inspruck tam vicino, ut inter suburbana ipsius loci possit deputari, propter quod cardinalis ille intelligens seve ullam in nos suspicionem conicere posse. Procacitatem lingwe aut calami excusavit, dicens se non nostram personam, sed alios homines notare voluisse, licet illico littera(s) sua manu scriptas ostenderemus, quibus res adeo designaverat, quod nulli fuerat ambiguum personam nostram fuisse demonstratam.²¹⁾

Porro ceterum illud facinus in illos innocentes censuum exactores admissum referre oportuit, quatinus s. d. n. intelligeret, quanta pericula inminerent, siquidem factiosus ille cardinalis audacibus suis ceptis non temperaret. Ipse vero nec correptus, quod extitit neque reprehensus, sed interea, dum hec Mantue agerentur²²⁾, cardinalis ipse per officiales suos metallarios nostros ex quadam metallaria sua in Gorstein instructa pepulit et exegit, attinens nos et nostros de facto a possessione et usu metallarie iam dudum instaurate, asserens illam ad se spectare pro eo, quod iudicium seculare in homines istius loci habet exercere. Et tamen constat locum illum a quodam nobili de Gerstein ad ecclesiam Brixinensem commigrasse.²³⁾ Nullus vero nobilium simplicium, qui non alcioris quam equestris ordinis est, huiusmodi regaliarum exercendarum ius habet, sed nos simili modo metallariis nostri principatus universalis domini iure potimur imperii. Potuit ergo nobilis ille transferre, quod non habuit. Nec debuit cardinalis nos nostra possessione deicere nec aliter quam coram receptis per nos utramque commissariis nos inquietare. Ipse vero audacie sue innixus forcia sue ecclesie instruxit ad bellum machinis bellicis invectis nec victualibus eius generis illatis, quibus obsessi et hostilibus armis cincti plurimum uti solent, et quo suos machinationes celaret nosque suspensos teneret, siquando nos ostinantes et minime suspicantes opprimere posset.

125 A s. d. n. litteras impetravit, quibus sanctitas sua nos hortata est, quatinus ad civitatem Tridentinam mitteremus ad tractandum inter cardinalem et nos coram receptis iuxta formam compromissi. Item et ut federa mutua servaremus postulans sibi per nos responderi, respondimus nos profecto servaturos, modo cardinalis erga nos vicissim observaret, nil mali suspicantes, donec comes de Posingen²⁴⁾ cum suis complicitibus comitem Goricie invaserunt iuxta confinia nostra castrametati. Cum novo ingenio fretus cardinalis peciit a nobis, quatinus clamidum de concordia secum tractaremus. Nos animum suum in nos

99 quod² – rupisset: *a.R. eingefügt.* 109 designaverat: *em. desingnaverat K.* 120 imperii: *ü.d.Z. korr. statt gestr. nos K.* 125 sanctitas: *a.R. eingefügt. K.*

115 exegit: *a.R. utique contrarium verum est, quia Sigismundus pepulit laboratores cardinalis K.*

²⁰⁾ S.o. Nr. 5288, 5295.

²¹⁾ Zu dieser Episode s.o. Nr. 6044 Anm. 5, 6053 Z. 4-6.

²²⁾ Demnach hätte die Auseinandersetzung um das Bergwerk Garnstein zu der Zeit stattgefunden, als sich Hz. Sigismund in Mantua aufhielt, also Ende November 1459. In der an den Eb. von Salzburg gerichteten deutschen Rechtfertigungsschrift wird die Episode hingegen in die Zeit des vom Papst Mitte Januar zu Trient angesetzten gütlichen Tages datiert; s.o. Nr. 6338 Z. 99f. Hierzu passt auch die Nachricht über ein nicht erhaltenes Schreiben der herzoglichen Räte an Lorenz von Blumenau nach Mantua, wonach Blumenau dem Papst den Bergwerksstreit vortragen sollte; Regest (W. Putsch, 16. Jh.): INNSBRUCK, TLA, Rep. 6 p. 861. Vgl. Jäger, Streit I 358; Baum, Nikolaus Cusanus in Tirol 380.

²³⁾ Im Jahre 1356 übergab Heinrich von Garnstein dem Brixner Bischof Matthäus an der Gassen Burg und Gericht Garnstein. S. Egger, Schloß Gerrenstein und seine Herren 102; Stolz, Landesbeschreibung Südtirol II 397. Eine für Hz. Sigismund angefertigte zeitgenössische Darstellung dieser Vorgänge ist erhalten in INNSBRUCK, TLA, U I 8964. Das Stück zeigt, dass man auch im herzoglichen Lager begann, die historischen Besitzverhältnisse anhand der archivalischen Überlieferung zu rekonstruieren.

²⁴⁾ Gf. Sigmund von St. Georg und Bösing. In der deutschen Rechtfertigungsschrift Nr. 6338 Z. 110f. ist die Rede vom graff von Posingen und Jan Witabititz (Wittowetz).

mitigatum esse rati votis suis annuentes, nobilem Parcivalem de Annenberg, consiliarium nostrum precipuum, ad oppidum Bruneck, quo se contulerat, transmisimus²⁵⁾, quo et ipse clerum sue diocesis hoc colore vocavit, quasi honestis viis censuras ecclesiasticas, si que super essent, e medio tollere vellet.²⁶⁾ Parcival autem nostri parte obtulit cardinalem nos feuda regognoscituros et alia facturos, que nos iam pridem personaliter in conspectu s. d. n. obtuleramus. Cumque cardinalis in sua duricia perstaret, Parcival 135 obtulit trewgas biennales, tandem annales inire condescendit spe fretus, quod interea simultates omnes aut amicali concordia transigerentur aut arbitrio boni viri subigerentur, ad interagendum. Cardinalis ipse quesivit alios, sed invenire non potuit tanti doli complices, qui feuda illa, que ipse ab ecclesia ipsa Brixinensi dependere ponderat, unacum illis, que nos recognoscere obtulimus et genitor noster tenuerat et in feudum susceperat, ab eodem cardinali suscipere vellent, que omnia litteris manu sua scriptis ostendi 140 possunt.

Similiter et sacerdotes ac clericos, qui inibi convenerant illecti sponsionibus, quod illic omnes censure, si que subessent, tollerentur, novis comminationibus concussit, precipiens eis, quatinus ecclesiasticum servarent interdictum, contrafacientibus curam interdixit animarum. Itaque omni tractatu concordie dissoluto, cardinalis a suis fidelibus admonitus, ne pacem publicam principatus nostri disturbaret, ne se et 145 suos mitteret in discrimen, respondit nil tale vereri oportere, tantas sibi copias, cuneos et turmas gencium esse, ut valles hominibus adimplere posset. Que etiam litteris suis, quas contra nos emisit, clarius apparebunt.²⁷⁾ Et interea nonnulli de nostris subditis ex fortaliis suis vim passi fuerant. Quid aliud conicere poteramus, cum nos tamen omnes subditi nostri, nisi quod paciencia nostra fovit cardinalis audaciam, quam et si nos diucius cum periculo status nostri sustinuissimus, subditi nostri et precipue illi, quorum 150 propinqui et necessarij tam crudeli nece assumti fuerant, quique illatum sibi vlnus sub pectore tectum custodierant iam diu latentem.²⁸⁾ Nam cito mentes passim irrupissent ac veterem cedem nova clade iacando vel potius ulciscendo, nedum in ipsum cardinalem, quod minus esset, quin etiam in homines innocentes irrevocabilis more vlgj furentisque populi insolencia impetum fecissent, quod longe deterius fuisset. Hunc furorem compressimus simul et nostre omniumque subditorum nostrorum tutele providi- 155 mus, mittentes cum fascibus preficientes ordinibus militaribus magistratus, qui ex cursorum audacia cohiberent militari disciplina.

Hoc demum cardinalis considerans misit, qui pacem postularent, cuius ipse pridem risor, osor fuerat et contemptor. Ita res omnes illa sopita et ne homo quidem interemptus est nec bestia preter unum canem, qui bombarde ictu periit. Et quamquam ipse cardinalis omnia castra in manibus nostris reposuit, nullum 160 tamen castrorum ecclesie adimere aut nobis usurpare volebamus, sed pro dampnis nobis illatis quoddam castrum²⁹⁾, quod ipse a nobis pro certa pecuniarum summa in pignus habuerat quodque nobis restituit, cum paucissimis pecuniis³⁰⁾ grato animo recepimus, et ecclesie Brixinensis terras et castra se volens ad manus capituli tradidimus, que talibus custodibus commendata sunt, de quibus nos et capitulum Brixinense securi sumus, quod contra statum ecclesie ac nostrum et totius principatus nostri nichil machina- 165 buntur, ac redditus ultra custodiam excrescentes cardinali tamquam episcopo ministrabunt.

Hec sunt, princeps magnifice, pro quibus calumpniamur. Vestrum sit iudicium, si gratiam meremur vel indignacionem, qui in tanta rerum turbine tanta moderacione usi sumus, ut etiam in ardore flamme, quam cardinalis ille succenderat, eam clemenciam rependimus absque ulla tectorum ustione, agri populacione, hominum nece vel edium preda, ut omnis hominum status ita permanserit inmotus et inmutatus, 170 quemadmodum fuerat, antequam ulla novitas esset attemptata. Hec ergo de vestra magnificencia speramus, quod ea, que pro nostris in ipsum cardinalem benemeritis in nos forte severius attemptarentur,

151 nece: *ü.d.Z. korr. statt gestr.* voce absumpti K. 153 nedum: *ü.d.Z. korr. statt gestr.* modum K. 158 osor: *a.R. eingefügt K.* 171 de: *ü.d.Z. K.*

166 ministrabunt: *a.R. de redditibus K.*

²⁵⁾ *Parsifal von Annenberg wurde am 7. April 1460 zu NvK nach Bruneck geschickt; s.o. Nr. 6193 Z. 36-47.*

²⁶⁾ *Zur Brunecker Synode s.o. Nr. 6141.*

²⁷⁾ *Ein solcher Brief des NvK ist nicht bekannt.*

²⁸⁾ *Vgl. Vergil, Aeneis IV 67.*

²⁹⁾ *Burg Taufers.*

³⁰⁾ *NvK verpflichtete sich zur Zahlung von 10.000 fl.; s.o. Nr. 6169.*

vobis minime placeant. Ipsa vero magnificencia vestra fautrix sit innocencie nostre, prout nos erga eandem magnificenciam vestram, siquando rerum qualitas exegerit, facturos esse pollicemur. Postremo
175 benignum ac amicum responsum vestrum pro iure communis amicitie nostre a vobis cum fiducia postulamus. Datum etc.